



LIBER I

Prooemium

In nova fert animus mutatas dicere formas
corpora; di, coeptis (nam vos mutastis et illas)
adspirate meis primaque ab origine mundi
ad mea perpetuum deducite tempora carmen!

1. fert animus: sc. *me*; lett. ‘de geest drijft’, vert. ‘ik verlang’, ‘ik wil’.
mutatas... formas: = *formas mutatas esse*. Ovidius formuleert de zaak omgekeerd, want strikt genomen krijgen de *formae* geen nieuw *corpus*, maar de *corpora* een nieuwe *forma*; *corpora* - fysieke objecten, zoals mensen, dieren, planten, dingen; *forma* - verschijningsvorm, gestalte.
2. coeptis: ‘dat waaraan ik ben begonnen’; ‘mijn onderneming’; het part. perf. pass. wordt vaak gesubstantiveerd. — **nam vos mutastis et illas:** de reden dat O. de goden aanroept is dat zij van alles de veroorzakers zijn en met name van de veranderingen (μεταμορφώσεις); *et* zouden velen graag betrekken op *vos* ‘ook gij’, maar of de woordvolgorde dat toelaat is de vraag.
3. adspirate: *adspirare* c. dat. ‘adem geven aan’, ‘leven inblazen’, ‘inspiratie verlenen’, ‘begunstigen’. — **primaque ab origine:** ‘vanaf het eerste begin’; pleonasme.
4. perpetuum: ‘ononderbroken’,

Creatio mundi

- 5 Ante mare et terras et, quod tegit omnia, caelum
 unus erat toto naturae vultus in orbe,
 quem dixere chaos: rudis indigestaque moles
 nec quicquam nisi pondus iners congestaque eodem
 non bene iunctarum discordia semina rerum.
- 10 Nullus adhuc mundo praebebat lumina Titan,
 nec nova crescendo reparabat cornua Phoebe,
 nec circumfuso pendebat in aere tellus
 ponderibus librata suis, nec brachia longo
 margine terrarum porrexerat Amphitrite;
- 15 utque erat et tellus illic et pontus et aer,
 sic erat instabilis tellus, innabilis unda,
 lucis egens aer; nulli sua forma manebat,

‘doorlopend’. — **deducite tempora carmen**: in vs. 3 vroeg O. de goden om hulp bij zijn gedicht, maar en hier zijn ze al de eigenlijke makers.

5. ante mare et terras: = *ante quam erant mare et terrae*. **6. unus... vultus**: = *idem vultus, eadem forma*. — **unus**: *idem*. cf. IV 166.

naturae: ‘natuur’, ‘de wereld’, ‘wat er was’; gen. of dat. zonder dat dit voor de betekenis iets uitmaakt. **7. dixere**: subject vaag ‘men’; perf. 3de pers. pl. *-ēre* i.p.v. *-ērunt*. **8. nec quicquam**: = *nil*. — **eodem**: ‘naar één en dezelfde plaats’.

9. semina rerum: ‘grondstoffen’, elementa, στοιχεῖα. **10. Titan**: = Sol. **11. nova**: proleptisch. — **cornua**: de horens, d.w.z. de maansikkel. — **Phoebe**: = Luna. **13. ponderibus librata suis**: ‘door eigen zwaarte in evenwicht gehouden’.

— **nec brachia longo margine terrarum porrexerat Amphitrite**: *nec mare brachiis suis – longā orā – terras amplectebatur*. **15. ut... sic**: weliswaar... maar. — **tellus... pontus... aer**: de reeds aanwezige substantie van de nog niet aanwezige verschijningsvorm *terras... mare... caelum*

van vs. 5 **16. instabilis tellus innabilis unda**: ‘op het land kon je niet lopen, in het water kon je niet drijven’. **17. nulli**: = *nulli rei*. — **forma**: ‘kenmerkende eigenschap’, cf. vs 1. — **manebat**: = *constabat*.

obstabatque aliis aliud, quia corpore in uno
 frigida pugnabant calidis, umentia siccis,
 mollia cum duris, sine pondere, habentia pondus. 20

Hanc deus et melior litem natura diremit.

Nam caelo terras et terris abscidit undas
 et liquidum spisso secrevit ab aere caelum.
 Quae postquam evolvit caecoque exemit acervo,
 dissociata locis concordi pace ligavit: 25

Ignea convexi vis et sine pondere caeli
 emicuit summaque locum sibi fecit in arce;
 proximus est aer illi levitate locoque;
 densior his tellus elementaque grandia traxit
 et pressa est gravitate sua; circumfluis umor 30
 ultima possedit solidumque coercuit orbem.

Sic ubi dispositam quisquis fuit ille deorum
 congeriem secuit sectamque in membra coegit,
 principio terram, ne non aequalis ab omni

33 coegit v.l. redegit.

19. frigida: het neutr. pl. drukt het collectieve uit, ‘het koude’.
pugnabant: op drie verschillende wijzen geconstrueerd: c. dat. (vs 19),
 met cum (vs 20) en zonder verbinding, cf. V 89. **20. sine pondere:** τὰ
 ἀβάρη; *sine* + subst. vaak in plaats van een adject. gebruikt. De casus in
 het syntactisch verband kan op deze wijze niet worden uitgedrukt. **21. de-**
us: als algemeen begrip; cf. vs 32: *quisquis fuit ille deorum*. **23. liqui-**
dum... caelum: αἴθηρ = *igneae vis convexi coeli*, vs 26, cf. IV 667.
24. caecoque... acervo: = *chaos* = *congeries* vs 33; *caecus*: ‘in zijn
 bestanddelen onherkenbaar’. **25. locis:** abl. lim., cf. vs 173. **27. arce:**
 betekent vaak ‘hoogste top’. **29. elementaque... et:** -que... et = τε...
 καί; lucht en water zijn twee *grandia* (grove) *elementa*. **31. ultima:** ‘de
 rand’. — **coercuit:** ‘geheel omsluiten’. **32. sic... dispositam:** prolep-
 tisch gebruikt. **33. secuit:** ‘verdelen’. **34. ne non:** litotes; *non* hoort bij

- 35 parte foret, magni speciem glomeravit in orbis.
 Tum freta diffundi rapidisque tumescere ventis
 iussit et ambitae circumdare litora terrae;
 addidit et fontes et stagna immensa lacusque
 fluminaque obliquis cinxit declivia ripis,
 40 quae, diversa locis, partim sorbentur ab ipsa,
 in mare perveniunt partim campoque recepta
 liberioris aquae pro ripis litora pulsant.
 Iussit et extendi campos, subsidere valles,
 fronde tegi silvas, lapidosos surgere montes,
 45 utque duae dextra caelum totidemque sinistra
 parte secant zonae, quinta est ardentior illis,
 sic onus inclusum numero distinxit eodem
 cura dei, totidemque plagae tellure premuntur.
 Quarum quae media est, non est habitabilis aestu;
 50 nix tegit alta duas; totidem inter utrumque locavit
 temperiemque dedit mixta cum frigore flamma.
 Inminet his aer, qui, quanto est pondere terrae
 pondus aquae levius, tanto est onerosior igni.
 Illic et nebulas, illic consistere nubes
 55 iussit et humanas motura tonitrua mentes

aequalis.

39. obliquis: ‘kronkelend’; ‘hij schiep rivieren, die hij omgaf met kronkelende oevers’. **40. diversa locis:** cf. vss 25, 173. — **ab ipsa:** sc. *terra*. **41. campo liberioris aquae:** cf. Verg., Aen. VI 724: *campi liquentes* voor: de zee; vs 315 *subitarum campus aquarum*. **46. zonae:** de *membra* uit vs 33. **47. onus inclusum:** sc. *caelo*; de aarde is als ’t ware ‘gezet’ in de hemel zoals een smaragd in goud. **48. tellure:** abl. loci. **premuntur:** ‘liggen daartussen’. **50. inter utrumque:** ‘daartussen’. **51. temperiemque:** ‘de juiste menging’, hier: ‘gematigd klimaat’. **flamma:** *calore*.

et cum fulminibus facientes fulgura ventos.

His quoque non passim mundi fabricator habendum
aera permisit; vix nunc obsistitur illis,
cum sua quisque regat diverso flamina tractu,
quin lanient mundum; tanta est discordia fratrum. 60

Eurus ad Auroram Nabataeaeque regna recessit
Persidaeque et radiis iuga subdita matutinis;
vesper et occiduo quae litora sole tepescunt,
proxima sunt Zephyro; Scythiam septemque triones
horrifer invasit Boreas; contraria tellus 65
nubibus adsiduis pluviaque madescit ab Austro.

Haec super inposuit liquidum et gravitate carentem
aethera nec quicquam terrenae faecis habentem.

Vix ita limitibus dissaepserat omnia certis,
cum, quae pressa diu fuerant caligine caeca, 70
sidera coeperunt toto effervescere caelo;
neu regio foret ulla suis animalibus orba,
astra tenent caeleste solum formaeque deorum,
cesserunt nitidis habitandae piscibus undae,
terra feras cepit, volucres agitabilis aer. 75

56. cum: dikwijls (e.g. vs 217, 526, II 270) gebruikt voor *et; cum fulminibus fulgora = et fulmina et fulgora*. **57. his:** sc. *ventis*. — **non passim:** ‘niet onbepikt’. **58. nunc:** onder de gegeven omstandigheden (nl. dat hun optreden is beperkt). **60. discordia:** cf. IV 621: *ventis discordibus*. **fratrum:** de winden waren zonen van Astraeus en Aurora. **66. madescit ab:** alsof m. een passivum is, *madesferi*. **70. pressa:** cf. vs 290. **73. astra:** worden gedacht als levende wezens. **74. cesserunt:** ‘ten deel vallen’.. **75. agitabilis:** nl. door de vlucht der vogels. Slechts hier voorkomend woord.

Creatio hominis

Sanctius his animal mentisque capacius altae
 deerat adhuc et quod dominari in cetera posset:
 natus homo est, sive hunc divino semine fecit
 ille opifex rerum, mundi melioris origo,
 80 sive recens tellus seductaque nuper ab alto
 aethere cognati retinebat semina caeli.
 Quam satus Iapeto, mixtam pluvialibus undis,
 finxit in effigiem moderantum cuncta deorum,
 pronaque cum spectent animalia cetera terram,
 85 os homini sublime dedit caelumque videre
 iussit et erectos ad sidera tollere vultus:
 Sic, modo quae fuerat rudis et sine imagine, tellus
 induit ignotas hominum conversa figuras.

Quattuor mundi aetates

Aurea prima sata est aetas, quae vindice nullo,
 90 sponte sua, sine lege fidem rectumque colebat.

82 pluvialibus v.l. fluvialibus

76. sanctius his animal: ‘een wezen van hoger orde’. — **capacius:** cf. vs. 343 *capit.* **79. rerum:** collectief ‘wereld’. — **origo:** *creator*. **80. recens:** ‘pas ontstaan’. — **tellus seductaque nuper:** ‘de aarde kortelings gescheiden van...’. **81. cognati:** hemel en aarde beide uit de chaos ontstaan; naar de opvatting van Pythagoras, cf. Diog. L. I 28: *τὴν ψυχὴν φησι ἀπόσπασμα αἰθέρος*. **82. quam:** het antecedent is *tellus*. **satus Iapeto:** de zoon van Japetus is Prometheus. **87. rudis:** cf. vs. 7. **imagine:** ‘vorm’, ‘gestalte’. — **tellus:** ‘aarde’ als materie. **88. induit:** *induere aliquid* ‘iets aantrekken’, *alicui aliquid induere* ‘iemand iets aantrekken’, *aliquem aliqua re induere* ‘iemand met iets bekleden’. **ignotas:** ‘nog...’. — **conversa:** *mutata*. **89. sata est:** ‘is ontstaan’. **vindice nullo:** ‘zonder strafrechter’. **90. colebat:** ‘had eerbied voor’.

Poena metusque aberant, nec verba minantia fixo
aere legebantur, nec supplex turba timebat
iudicis ora sui, sed erant sine vindice tuti.
Nondum caesa suis, peregrinum ut viseret orbem,
montibus in liquidas pinus descenderat undas, 95
nullaque mortales praeter sua litora norant;
nondum praecipites cingebant oppida fossae;
non tuba drecti, non aeris cornua flexi,
non galeae, non ensis erat: sine militis usu
mollia securae peragebant otia gentes. 100
Ipsa quoque immunis rastroque intacta nec ullis
saucia vomeribus per se dabat omnia tellus,
contentique cibus nullo cogente creatis
arbuteos fetus montanaque fraga legebant
cornaque et in duris haerentia mora rubetis 105
et quae deciderant patula Iovis arbore glandes.
ver erat aeternum, placidique tepentibus auris
mulcebant zephyri natos sine semine flores;

92 legebantur v.l. ligabantur || 99 erat v.l. erant

91. poena metusque: hendiadys ‘angst voor straf’. — **fixo aere legebantur:** ‘kon men lezen op gegraveerde koperplaten’; *aes figere:* ‘een bronzen plaat, waarop wetten en besluiten bekend werden gemaakt, openlijk aanslaan’. **92. supplex turba:** *turba supplicum*. **93. sine vindice tuti:** herhaling van vs. 89. **98. drecti... flexi:** genitivi qualis. **99. usu:** ‘behoefte’. **102. per se:** *sua sponte*. **104. arbuteos fetus:** *fetus arbuti* ‘aardbezieboom’. **106. patula:** cf. Verg., Buc. I 1 *patulae recubans sub tegmine fagi*. — **Iovis arbore:** de eik was de heilige boom van Juppiter; *glandes:* volgens de Ouden voedden de mensen zich met eikels vóór Ceres hun het graan had geschonken en hen geleerd had het land te bewerken, cf. Hdt. I 66: πολλοί ἐν Ἀρκαδίῃ βαλignoφάγοι ἄνδρες ἔασιν. **108. mulcebant:** ‘zacht aanraakten’.

- mox etiam fruges tellus inarata ferebat,
 110 nec renovatus ager gravidis canebat aristis;
 flumina iam lactis, iam flumina nectaris ibant,
 flavaque de viridi stillabant ilice mella.
 Postquam Saturno tenebrosa in Tartara misso
 sub Iove mundus erat, subiit argentea proles,
 115 auro deterior, fulvo pretiosior aere.
 Iuppiter antiqui contraxit tempora veris
 perque hiemes aestusque et inaequalis autumnos
 et breve ver spatiis exegit quattuor annum.
 Tum primum siccis aer fervoribus ustus
 120 canduit, et ventis glacies adstricta pependit;
 tum primum subiere domos; domus antra fuerunt
 et densi frutices et vinctae cortice virgae.
 Semina tum primum longis Cerealia sulcis
 obruta sunt, pressique iugo gemuere iuvenci.
 125 Tertia post illam successit aenea proles,
 saevior ingeniis et ad horrida promptior arma,
 non scelerata tamen; de duro est ultima ferro.
 Protinus inrupit venae peioris in aevum
 omne nefas: fugere pudor verumque fidesque;

129 fugere v.l. fugitque

110. nec: *et non*. **112. stillabant ilice mella:** cf. Verg., Buc. IV 30: *et durae quercus sudabant roscida mella*. **116. contraxit:** *comminuit*, cf. II 262. **117. inaequalis:** ‘veranderlijk’ (wat het weer betreft). **118. exegit:** lett. ‘bracht hij het jaar ten einde’. **121. subiere:** cf. V 282. **122. cortice:** ‘boomschors’. **124. pressique:** cf. IV- 25 en 449. **126. ad horrida promptior:** *promptus ad:* (part. perf. van *pro-emo*) *paratus, idoneus ad; vir promptus:* ‘man van de daad’. **128. venae:** eigenlijk ‘bron- of metaal-ader’, hier ‘metaal’, ‘goud’; cf. XI 144 *semen veteris venae* ‘de korrels

in quorum subiere locum fraudesque dolusque 130
 insidiaeque et vis et amor sceleratus habendi.
 Vela dabant ventis nec adhuc bene noverat illos
 navita, quaeque prius steterant in montibus altis,
 fluctibus ignotis insultavere carinae,
 communemque prius ceu lumina solis et auras 135
 cautus humum longo signavit limite mensor.
 Nec tantum segetes alimentaque debita dives
 posebatur humus, sed itum est in viscera terrae,
 quasque recondiderat Stygiisque admoverat umbris,
 effodiuntur opes, iritamenta malorum. 140
 Iamque nocens ferrum ferroque nocentius aurum
 prodierat, prodit bellum, quod pugnat utroque,
 sanguineaque manu crepitantia concutit arma.
 Vivitur ex raptō: non hospes ab hospite tutus,
 non socer a genero, fratrum quoque gratia rara est; 145
 imminet exitio vir coniugis, illa mariti,
 lurida terribiles miscent aconita novercae,
 filius ante diem patrios inquirat in annos:

132 dabant v.l. dabat || 134 insultavere v.l. exsultavere

van het oude goud'. — **peioris**: van *malus* 'zonder waarde'. **129. verumque fidesque**: 'de eerbied voor de waarheid, voor het gegeven woord'.

130. subiere: cf. III 648. **134. fluctibus... insultavere**: 'dansten op de golven'. — **carinae**: pars pro toto. **136. cautus**: 'behoedzaam', praedicatief. — **ensor**: 'landmeter'. **139. recondiderat... admoverat**: subj. *terra*. **142. quod pugnat utroque**: ook rijkdom kan beslissend zijn. **143. concutit**: subj. *bellum*. **146. imminet**: 'loert op'. **147. lurida**: 'lijkbleek (makend)'. — **aconita**: 'monnikskap'. **148. patrios... annos**: 'de jaren die zijn vader nog resten'.

Victa iacet pietas, et virgo caede madentis
 150 ultima caelestum terras Astraea reliquit.

Gigantomachia

Neve foret terris securior arduus aether,
 adfectasse ferunt regnum caeleste gigantes
 altaque congestos struxisse ad sidera montis.
 Tum pater omnipotens misso perfregit Olympum
 155 fulmine et excussit subiecto Pelion Ossae.
 Obruta mole sua cum corpora dira iacerent,
 perfusam multo natorum sanguine Terram
 immaduissse ferunt calidumque animasse cruorem
 et, ne nulla suae stirpis monimenta manerent,
 160 in faciem vertisse hominum; sed et illa propago

155 subiecto v.l. subiectae

150. ultima caelestum: waarom Astraea, godin van de gerechtigheid, de aarde als laatste van de goden verlaat is op zijn minst raadselachtig. **151. arduus aether:** ‘de hoge hemel’. **154. perfregit Olympum:** waarom Zeus zijn eigen woonhuis beschadigde is onbegrijpelijk; collateral damage? **155. excussit subiecto Pelion Ossae:** ‘hij stootte Pelion van de er onder (d.w.z. onder de Pelion gelegen) Ossa’. — **subiecto:** deze lezing kan slechts gehandhaafd worden als men aanneemt dat Ossa (ook) masc. is. **156. mole sua:** hiermee wordt niet bedoeld hun eigen reusachtige lichaam, maar de gebergten die zij hadden opgestapeld (om bij de top van de Olympus te kunnen geraken). **157. natorum sanguine Terram:** de Giganten waren zonen van Gaia, gesproten uit het bloed van Uranus dat op de aarde drupte toen hij door Cronus werd ontmand **158. animasse:** ‘heeft bezielde’, ‘tot leven heeft gewekt’. **159. ne nulla:** litotes. **suae stirpis:** ‘haar nageslacht’, te weten de giganten. — **monimenta:** ‘een levende herinnering’. **160. et illa propago:** dat was dus het tweede mensengeslacht, dat kwam naast, niet in plaats van, de in vs. 76 e.v. geschapen mens over wiens oorsprong O. meerdere versies aanduidt

contemptrix superum saevaeque avidissima caedis
et violenta fuit: scires e sanguine natos.

Concilium deorum

Quae pater ut summa vidit Saturnius arce,
ingemit et factō nondum vulgata recenti
foeda Lycaoniae referens convivia mensae 165
ingentes animo et dignas Iove concipit iras
conciliumque vocat: tenuit mora nulla vocatos.

Est via sublimis, caelo manifesta sereno;
lactea nomen habet, candore notabilis ipso.
Hac iter est superis ad magni tecta Tonantis 170
regalemque domum: dextra laevaue deorum
atria nobilium valvis celebrantur apertis.
Plebs habitat diversa locis: hac parte potentes
caelicolae clarique suos posuere penates;
hic locus est, quem, si verbis audacia detur, 175

173 hac parte v.l. hac fronte

terwijl hij over de precieze gang van zaken zeer vaag blijft.

163. pater... **Saturnius:** sc. Zeus / Jupiter. **164. factō nondum vulgata recenti:** *factō recenti* is de verklaring voor het feit dat de *foeda convivia nondum vulgata* zijn; BP vat *factō recenti* op als abl. abs., wat alleen juist is als *recenti* en niet *factō* daarin als het verbale element wordt opgevat ‘omdat het gebeurde (de gebeurtenis) onlangs had plaatsgevonden’.
165. referens: ‘denkend aan’; elders ook ‘ter sprake brengend’, wat hier niet kan omdat Jupiter pas vanaf vs. 181 zijn mond opent. **169. nomen habet:** hierbij staat de naam zelf in de nominativus. **172. atria:** hier ‘paleizen’. — **valvis... apertis:** ‘door openstaande deuren’, liever conditioneel ‘als de deuren openstonden’. — **celebrantur:** ‘bezoekt men’. **173. diversa locis:** ‘elders’, ‘ver daarvandaan’, niet ‘her en der’; *locis* is ablat. limit. **174. penates:** metonymisch voor ‘woning(en)’.

haud timeam magni dixisse Palatia caeli.

- Ergo ubi marmoreo superi sedere recessu,
 celsior ipse loco sceptroque innixus eburno
 terrificam capitis concussit terque quaterque
 180 caesariem, cum qua terram, mare, sidera movit.
 Talibus inde modis ora indignantia solvit:
 ‘Non ego pro mundi regno magis anxius illa
 tempestate fui, qua centum quisque parabat
 inicere anguipedum captivo bracchia caelo.
 185 Nam quamquam ferus hostis erat, tamen illud ab uno
 corpore et ex una pendebat origine bellum;
 nunc mihi qua totum Nereus circumsonat orbem,
 perdendum est mortale genus: per flumina iuro
 infera sub terras Stygio labentia luco!
 190 Cuncta prius temptanda, sed inmedicabile vulnus
 ense recidendum, ne pars sincera trahatur.

190 vulnus v.l. corpus

176. Palatia: ‘de Palatijn’, waar het paleis van de princeps stond, door de Olympus te vergelijken met de Palatijn wordt ook de laatste met de eerste vergeleken, opzichtige vleierij van Augustus. **177. marmoreo... recessu:** ‘in een marmeren vertrek / zaal’; weliswaar kan *recessus* ook ‘inham’, ‘nis’ betekenen, maar als de goden rondom ieder in een eigen nis hadden gezeten, had daarvoor de pluralis moeten worden gebruikt. **179. capitis... caesariem:** cf. Hom. Il. I 528-9. **182. illa tempestate:** = *illo tempore*, al kan *tempestas* behalve tijd ook ‘weer’, ‘noodweer’, ‘storm’ betekenen. **183. centum:** bij *bracchia*. **184. anguipedum:** de Giganten, γηγενεῖς, elders ook Centimani, ἐκατόγχιρες, genoemd. **captivo:** proleptisch. **186. corpore:** ‘legercorps’. — **pendebat... bellum:** ‘de oorlog werd veroorzaakt’, niet ‘(het succes in) de oorlog was afhankelijk van’. **187. orbem:** ‘de aardschijf’. **191. trahatur:** ‘besmet wordt’.

Sunt mihi semidei, sunt, rustica numina, nymphae
faunisque satyrique et monticolae silvani;
quos quoniam caeli nondum dignamur honore,
quas dedimus, certe terras habitare sinamus. 195

An satis, o superi, tutos fore creditis illos,
cum mihi, qui fulmen, qui vos habeoque regoque,
struxerit insidias notus feritate Lycaon?’

Confremuere omnes studiisque ardentibus ausum
talia deposcunt: sic, cum manus inopia saevit 200
sanguine Caesareo Romanum extinguere nomen,
attonitum tantae subito terrore ruinae

humanum genus est totusque perhorruit orbis;
nec tibi grata minus pietas, Auguste, tuorum
quam fuit illa Iovi. Qui postquam voce manumque 205
murmura compressit, tenuere silentia cuncti.

Substitit ut clamor pressus gravitate regentis,
Iuppiter hoc iterum sermone silentia rupit:
‘Ille quidem poenas (curam hanc dimittite!) solvit;
quod tamen admissum, quae sit vindicta, docebo. 210

199 confremuere v.l. contremuere

195. certe: bij *habitare*; de aarde is pas veilig als de mensheid is opge-
ruimd. **199. confremuere:** te vertalen als perf. van (het niet bestaande)
confremesco, dus inchoatief ‘zij begonnen te morren’; *confremo* - morren.
ausum: = *eum qui ausit*. **200. deposcunt:** *aliquem deposcere* - iemands
uitlevering of bestraffing verlangen. — **manus inopia:** Brutus en Cassius
met trawanten. — **saevit:** = *saeviens petivit*. **202. attonitum:** ‘door de
bliksem getroffen’, ‘geschokt’. **203. humanum genus:** ‘de mensheid’.
207. substitit: = *tacuit*. — **gravitate:** door het gewicht, ook, zoals hier,
overdrachtelijk. **210. admissum:** = *commissum* sc. *a Lycaone*. — **sit:** =
fuert. — **vindicta:** 1. vrijlating; 2. straf*.

Lycaon

Contigerat nostras infamia temporis aures;
 quam cupiens falsam summo delabor Olympo
 et deus humana lustris sub imagine terras.

- Longa mora est, quantum noxae sit ubique repertum,
 215 enumerare: minor fuit ipsa infamia vero.
 Maenala transieram latebris horrenda ferarum
 et cum Cyllene gelidi pineta Lycaei:
 Arcadis hinc sedes et inhospita tecta tyranni
 ingredior, traherent cum sera crepuscula noctem.
 220 Signa dedi venisse deum, vulgusque precari
 coeperat: inridet primo pia vota Lycaon,
 mox ait «Experiar deus hic discrimine aperto
 an sit mortalis: nec erit dubitabile verum.»
 Nocte gravem somno necopina perdere morte
 225 comparat: haec illi placet experientia veri;
 nec contentus eo, missi de gente Molossa
 obsidis unius iugulum mucrone resolvit
 atque ita semineces partim ferventibus artus
 mollit aquis, partim subiecto torruit igni.
 230 Quod simul inposuit mensis, ego vindice flamma

218 Arcadis v.l. Arcados | hinc v.l. hic

-
- 211. contigerat:** = *pervenerat*. **214. noxae:** 1. schade; 2. misdrijf*.
216. Maenala: neutr. plur., gebergte in Arcadië. **217. Cyllene... Lycaei:** evenals *Maenala* gebergten in Arcadië. — **pineta:** pijnwouden.
218. Arcadis: gen. sing. v. *Arcas* - Arcadisch. — **sedes:** = *domus*.
219. cum: het voegwoord staat soms niet als eerste woord van de bijzin die het inleidt. **221. inridet:** ‘lacht om’. **223. nec erit dubitabile verum:** = *nec erit dubium de veritate*. **224. somno:** verklaart *gravem*.
225. experientia veri: ‘bewijs’. **229. mollit:** ‘kookt gaar’.
-

in domino dignos everti tecta penates;
 territus ipse fugit nactusque silentia ruris
 exululat frustra que loqui conatur: ab ipso
 colligit os rabiem solitaeque cupidine caedis
 vertitur in pecudes et nunc quoque sanguine gaudet. 235

In villos abeunt vestes, in crura lacerti:
 Fit lupus et veteris servat vestigia formae;
 canities eadem est, eadem violentia vultus,
 idem oculi lucent, eadem feritatis imago est.
 Occidit una domus, sed non domus una perire 240
 digna fuit: qua terra patet, fera regnat Erinys.
 In facinus iurasse putes! Dent ocus omnes,
 quas meruere pati, (sic stat sententia) poenas.’

Dicta Iovis pars voce probant stimulosque frementi
 adiciunt, alii partes adsensibus inplent. 245

Est tamen humani generis iactura dolori
 omnibus, et quae sit terrae mortalibus orbae
 forma futura rogant, quis sit laturus in aras
 tura, ferisque paret populandas tradere terras.
 Talia quaerentes (sibi enim fore cetera curae) 250
 rex superum trepidare vetat subolemque priori

231. domino dignos... penates: als de heer des huizes niet deugde gold dat ook voor zijn penaten. **233. ab ipso:** = *ultra* of *ab ipsa persona Lycaonis*. **234. rabiem:** ‘razernij’, ‘bloeddorst(igheid)’. **236. villos:** ‘stug, borstelig haar’. — **lacerti:** lacertus - arm; lacerta - hagedis. **238. vultus:** gen. sing. **239. lucent:** ‘oplichten’. **242. iurasse:** = *coniuravisse*; sc. *homines*. — **ocus:** = *quam celerrime*. **244. frementi:** sc. *voce*. **245. partes... inplent:** ‘vervullen hun taak’. **247. omnibus:** sc. *dis deabusque*. — **sit... futura:** *coniunctivus futuri* in afhankelijkke vraagzin. **249. paret... tradere:** = *traditurus esset*; subj. Jupiter. **250. sibi enim fore cetera curae:** zoals in het Grieks een γάρ-zin voorafgaat.

dissimilem populo promittit origine mira.

Iamque erat in totas sparsurus fulmina terras;
 sed timuit, ne forte sacer tot ab ignibus aether
 255 conciperet flammam longusque ardesceret axis:
 Esse quoque in fati reminiscitur, adfore tempus,
 quo mare, quo tellus correptaque regia caeli
 ardeat et mundi moles obsessa laboret.
 Tela reponuntur manibus fabricata cycloperum;
 260 poena placet diversa, genus mortale sub undis
 perdere et ex omni nimbos demittere caelo.

Diluvium

Protinus Aeoliis Aquilonem claudit in antris
 et quaecumque fugant inductas flamina nubes
 emittitque Notum. Madidis Notus evolat alis,
 265 terribilem picea tectus caligine vultum;
 barba gravis nimbis, canis fluit unda capillis;
 fronte sedent nebulae, rorant pennaque sinusque.
 Utque manu lata pendentia nubila pressit,
 fit fragor: hinc densi funduntur ab aethere nimbi;

258 moles v.l. proles

257. correptaque: sc. *flammis*. — **regia:** oorspr. adj. bij *domus*.
258. mundi moles: ‘heel de wereld’. **261. nimbos:** *nimbus* - wolk → regenwolk → stortbui*. **262. Aeoliis... in antris:** lett. ‘in de Aeolische grotten’, vert. ‘in de grot van Aeolus’. — **Aquilonem:** de Aquilo of noordenwind staat garant voor rustig en helder weer. **263. inductas:** ‘aangevoerd’, ‘aanwezig’. — **flamina:** = *venti*. **266. gravis nimbis:** ‘zwaar van het vocht’. **267. sinusque:** ‘zijn gewaad’. **268. lata:** N.B. *latā*. — **pendentia nubila:** ‘laag hangende wolken’. **269. fragor:** ‘geraas’. — **nimbi:** zie aant. op vs. 261.

nuntia Iunonis varios induta colores 270
 concipit Iris aquas alimentaue nubibus adfert.
 Sternuntur segetes et deplorata coloni
 vota iacent, longique perit labor inritus anni.
 Nec caelo contenta suo est Iovis ira, sed illum
 caeruleus frater iuvat auxiliaribus undis. 275
 Convocat hic amnes: qui postquam tecta tyranni
 intravere sui, ‘non est hortamine longo
 nunc’ ait ‘utendum; vires effundite vestras:
 Sic opus est! Aperite domos ac mole remota
 fluminibus vestris totas inmittite habenas!’ 280
 Iusserat; hi redeunt ac fontibus ora relaxant
 et defrenato volvuntur in aequora cursu.
 Ipse tridente suo terram percussit, at illa
 intremuit motuque vias patefecit aquarum.
 Exspatiata ruunt per apertos flumina campos 285
 cumque satis arbusta simul pecudesque virosque
 tectaue cumque suis rapiunt penetralia sacris.
 Si qua domus mansit potuitque resistere tanto
 indeiecta malo, culmen tamen altior huius
 unda tegit, pressaeque latent sub gurgite tures. 290

271. **concipit Iris aquas**: de voorstelling is dat de regenboog het neergegende water opslurpt en terugbrengt aan de wolken. — **concipit**: ‘vangt op’. 272. **deplorata**: ‘diep betreurd’, ‘als verloren beschouwd’, ‘teloor gegaan’. 273. **vota**: ‘het object van zijn bede’, ‘datgene waarop hij zijn hoop had gevestigd’. 274. **suo**: ‘tot zijn domein behorend’. 275. **caeruleus frater**: sc. Poseidon. 278. **vires**: ‘ontstuimige massa’. 279. **sic opus est**: ‘dat is beslist noodzakelijk’. — **mole**: *moles* kan gebruikt worden voor elk in de weg staand gevaarte. 287. **penetralia**: ‘huiskapellen’. — **sacris**: ‘de gewijde dingen’, ‘de inhoud van tempel of huiskapel’. 289. **altior**: bij *unda*. 290. **gurgite**: ‘vloed’.

Iamque mare et tellus nullum discrimen habebant:
Omnia pontus erat, derant quoque litora ponto.

Occupat hic collem, cumba sedet alter adunca
et ducit remos illic, ubi nuper arabat:

- 295 Ille supra segetes aut mersae culmina villae
navigat, hic summa piscem deprendit in ulmo.
Figitur in viridi, si fors tulit, ancora prato,
aut subiecta terunt curvae vineta carinae;
et, modo qua graciles gramen carpsere capellae,
300 nunc ibi deformes ponunt sua corpora phocae.
Mirantur sub aqua lucos urbesque domosque
Nereides, silvasque tenent delphines et altis
incursant ramis agitataque robora pulsant.
Nat lupus inter oves, fulvos vehit unda leones,
305 unda vehit tigres; nec vires fulminis apro,
crura nec ablato prosunt velocia cervo,
quaesitisque diu terris, ubi sistere possit,
in mare lassatis volucris vaga decidit alis.
Obruerat tumulos immensa licentia ponti,
310 pulsabantque novi montana cacumina fluctus.
Maxima pars unda rapitur; quibus unda pepercit,
illos longa domant inopi ieunia victu.

293. hic: *vir aliquis*. — **cumba:** ‘bootje’. **303. incurant ramis:** ‘zij stoten tegen de takken’. — **agitataque:** proleptisch. **305. vires fulminis:** ‘bliksemkracht’; daarmee wordt niet of hooguit zijdelings bedoeld op de slagstanden van het everzwijn. **306. ablato:** ‘door de stroom meege-sleurd’. **308. volucris vaga:** = *vaga avis*. **312. domant:** *domo* - temmen, bedwingen. — **inopi... victu:** *victus inops* = *inopia victus*.

Deucalion et Pyrrha

Separat Aonios Oetaeis Phocis ab arvis,
 terra ferax, dum terra fuit, sed tempore in illo
 pars maris et latus subitarum campus aquarum. 315
 Mons ibi verticibus petit arduus astra duobus,
 nomine Parnasos, superantque cacumina nubes.
 Hic ubi Deucalion (nam cetera texerat aequor)
 cum consorte tori parva rate vectus adhaesit,
 Corycidas nymphas et numina montis adorant 320
 fatidicamque Themis, quae tunc oracla tenebat:
 Non illo melior quisquam nec amantior aequi
 vir fuit aut illa metuentior ulla deorum.
 Iuppiter ut liquidis stagnare paludibus orbem
 et superesse virum de tot modo milibus unum, 325
 et superesse vidit de tot modo milibus unam,
 innocuos ambo, cultores numinis ambo,
 nubila disiecit nimisque aquilone remotis
 et caelo terras ostendit et aethera terris.
 Nec maris ira manet, positoque tricuspide telo 330
 mulcet aquas rector pelagi supraque profundum
 exstantem atque umeros innato murice tectum
 caeruleum Tritona vocat conchaeque sonanti
 inspirare iubet fluctusque et flumina signo

313. Aonios: Aoniërs bewonen de hellingen van de Parnassus; hier wordt zoals vaak de naam van een volk gebruikt voor de streek waar zij wonen.

319. consorte tori: haar naam pas in vs. 350. — **adhaesit:** ‘was blijven steken’. **320. Corycidas nymphas:** nymphen van de Corycische grot (zich bevindend in de flanken van de Parnassus). **322. illo:** sc. Deucalion. **324. stagnare:** = *tegi*. **330. tricuspide telo:** ‘drietandig werptuig’ → ‘drietand’. **333. Tritona:** Triton, zoon van Neptunus en Amphitrite.

- 335 iam revocare dato: cava bucina sumitur illi,
 tortilis in latum quae turbine crescit ab imo,
 bucina, quae medio concepit ubi aera ponto,
 litora voce replet sub utroque iacentia Phoebō;
 tum quoque, ut ora dei madida rorantia barba
- 340 contigit et cecinit iussos inflata receptus,
 omnibus audita est telluris et aequoris undis,
 et quibus est undis audita, coercuit omnes.
 Iam mare litus habet, plenos capit alveus amnes,
 flumina subsidunt collesque exire videntur;
- 345 surgit humus, crescunt sola decrescentibus undis,
 postque diem longam nudata cacumina silvae
 ostendunt limumque tenent in fronde relictum
 Redditus orbis erat; quem postquam vidit inanem
 et desolatas agere alta silentia terras,
- 350 Deucalion lacrimis ita Pyrrham adfatur obortis:
 ‘O soror, o coniunx, o femina sola superstes,
 quam commune mihi genus et patruelis origo,
 deinde torus iunxit, nunc ipsa pericula iungunt,
 terrarum, quascumque vident occasus et ortus,
- 355 nos duo turba sumus; possedit cetera pontus.

335. bucina: ‘hoorn’. **336. tortilis:** ‘gedraaid’. **338. sub utroque...**
Phoebō: ‘in oost en west’; hetzelfde met andere woorden in vs. 354.
340. contigit et cecinit: subj. *bucina*. — **receptus:** - aftocht, terugtocht.
345. crescunt sola: alleen voor het oog is dat zo; herhaalt met andere
 woorden *surgit humus*. **349. agere:** *agēre* hier = *tenēre*. **350. obortis:** v.
oborior - opkomen, tevoorschijn komen. **351. soror:** niet letterlijk op te
 vatten, wél letterlijk te vertalen. **352. et:** explicatief. — **patruelis**
origo: ‘afstamming van een broer van vader’. **354. occasus et ortus:** cf.
 vs. 338. **355. turba:** oxymoron.

Haec quoque adhuc vitae non est fiducia nostrae
certa satis; terrent etiamnum nubila mentem.
Quis tibi, si sine me fatis erepta fuisses,
nunc animus, miseranda, foret? Quo sola timorem
ferre modo posses? Quo consolante doleres! 360
Namque ego (crede mihi), si te quoque pontus haberet,
te sequerer, coniunx, et me quoque pontus haberet.
O utinam possim populos reparare paternis
artibus atque animas formatae infundere terrae!
Nunc genus in nobis restat mortale duobus. 365
Sic visum superis: hominumque exempla manemus.⁷
Dixerat, et flebant: placuit caeleste precari
numen et auxilium per sacras quaerere sortes.
Nulla mora est: adeunt pariter Cephesidas undas,
ut nondum liquidas, sic iam vada nota secantes. 370
Inde ubi libatos inroravere liquores
vestibus et capiti, flectunt vestigia sanctae

356. haec: fem. sing. — **adhuc... non:** = *nondum*. — **vitae... nostrae:** gen. obi. — **fiducia:** iets dat vertrouwen geeft; ± = *fides* of *spes*.
357. terrent etiamnum: een soort posttraumatisch stress syndroom.
358. fatis erepta: de betekenis is duidelijk, de naamval en grammaticale functie van *fatis* verschilt naar gelang men *fata* hier opvat als synoniem van *mors* of van *voluntas deorum*. **363. paternis artibus:** de schepping van de mens was vlg. vs. 82 het werk van Prometheus, de zoon van de titan Iapetus en vader van Deucalion; dat Deucalion een zoon is van Prometheus wordt hier geïmpliceerd maar pas in vs. 390 met zoveel woorden gesteld. **366. exempla:** ‘specimina’. **368. sacras... sortes:** ‘orakeluitspraken’. **369. pariter:** ‘samen’. **370. liquidas:** ‘helder’. **vada nota secantes:** ‘de vertrouwde bedding doorklievend / volgend’.
371. libatos: *libare* - plengen, hier missch. ‘voor plengen bestemmen’, ‘scheppen’. — **inroravere:** *irrorare aliquid alicui rei* - iets ergens op druppelen. **372. sanctae... deae:** bedoeld wordt Themis.

ad delubra deae, quorum fastigia turpi
pallebant musco stabantque sine ignibus arae.

- 375 Ut templi tetigere gradus, procumbit uterque
pronus humi gelidoque pavens dedit oscula saxo
atque ita ‘si precibus’ dixerunt ‘numina iustis
victa remollescunt, si flectitur ira deorum,
dic, Themis, qua generis damnum reparabile nostri
380 arte sit, et mersis fer opem, mitissima, rebus!’

Mota dea est sortemque dedit: ‘discedite templo
et velate caput cinctasque resolvite vestes
ossaque post tergum magnae iactate parentis!’

Obstupuere diu: rumpitque silentia voce

- 385 Pyrrha prior iussisque deae parere recusat,
detque sibi veniam pavido rogat ore pavetque
laedere iactatis maternas ossibus umbras.

Interea repetunt caecis obscura latebris
verba datae sortis secum inter seque volutant.

- 390 Inde Promethides placidis Epimethida dictis
mulcet et ‘aut fallax’ ait ‘est sollertia nobis,
aut (pia sunt nullumque nefas oracula suadent!)
magna parens terra est: lapides in corpore terrae

389 datae v.l. deae

374. musco: *muscus* - mos. **375. tetigere... procumbit uterque:** uterque is logisch een meervoud, grammaticaal een enkelvoud. **376. pronus humi:** = *cernuus*. **379. generis... nostri:** = *humani generis*. **388. caecis obscura latebris verba:** ‘het in duisternis gehuld orakelwoord’; Bömer vat *caecis latebris* op als praedicatieve bepaling ‘in de donkere schuilplaats’ (waar Deucalion en Pyrrha verbleven). **389. volutant:** *volutare* - wentelen, wikken en wegen, overdenken. **391. mulcet:** ‘stelt gerust’. **sollertia:** - listigheid.

ossa reor dici; iacere hos post terga iubemur.’

Coniugis augurio quamquam Titania mota est, 395

spes tamen in dubio est: adeo caelestibus ambo
diffidunt monitis; sed quid temptare nocebit?

Descendunt: velantque caput tunicasque recingunt
et iussos lapides sua post vestigia mittunt.

Saxa (quis hoc credat, nisi sit pro teste vetustas?) 400

ponere duritiem coepere suumque rigorem
mollirique mora mollitaque ducere formam.

Mox ubi creverunt naturaque mitior illis
contigit, ut quaedam, sic non manifesta videri
forma potest hominis, sed uti de marmore coepta 405

non exacta satis rudibusque simillima signis,
quae tamen ex illis aliquo pars umida suco
et terrena fuit, versa est in corporis usum;
quod solidum est flectique nequit, mutatur in ossa, 410

quae modo vena fuit, sub eodem nomine mansit,
inque brevi spatio superiorum numine saxa
missa viri manibus faciem traxere virorum
et de femineo reparata est femina iactu.

Inde genus durum sumus experiensque laborum
et documenta damus qua simus origine nati. 415

405 coepta v.l. coeptis

396. spes tamen in dubio est: = *quid speret dubitat*. **401. rigorem:** = ± *duritiem*, dus pleonasme. **402. mora:** ‘na een tijdje’. — **ducere formam:** *ducere* evenals *trahere* (cf. vs. 412) soms ‘krijgen’, ‘aannemen’. **404. contigit:** contingere c. acc. - aanraken; contingere c. dat. - ten deel vallen. **406. rudibusque... signis:** ‘onvoltooide beelden’. **408. in corporis usum:** ‘om als vlees te dienen’. **409. mutatur:** variatie v. *versum est*.

Python

- Cetera diversis tellus animalia formis
 sponte sua peperit, postquam vetus umor ab igne
 percaluit solis, caenumque udaeque paludes
 intumuere aestu, fecundaque semina rerum
 420 vivaci nutrita solo ceu matris in alvo
 creverunt faciemque aliquam cepere morando.
 Sic ubi deseruit madidos septemfluis agros
 Nilus et antiquo sua flumina reddidit alveo
 aetherioque recens exarsit sidere limus,
 425 plurima cultores versis animalia glaebis
 inveniunt et in his quaedam modo coepta per ipsum
 nascendi spatium, quaedam imperfecta suisque
 trunca vident numeris, et eodem in corpore saepe
 altera pars vivit, rudis est pars altera tellus.
 430 Quippe ubi temperiem sumpsere umorque calorque,
 concipiunt, et ab his oriuntur cuncta duobus,
 cumque sit ignis aquae pugnax, vapor umidus omnes
 res creat, et discors concordia fetibus apta est.
 Ergo ubi diluvio tellus lutulenta recenti
 435 solibus aetheriis altoque recanduit aestu,

435 altoque v.l. almoque

416. diversis... formis: ablat. qual. **420. vivaci:** ‘levenwekkend’.
421. morando: ‘mettertijd’. **424. aetherioque... sidere:** d.w.z. door de
 zon. — **exarsit:** *exardesco* - vlam vatten, heet worden*. **425. cultores:**
 = *agricolae*. **426. in his:** sc. *animalibus*. **428. trunca:** = *imperfecta*.
numerus: hier ‘bestanddelen’. **430. temperiem:** ‘de juiste menging’.
433. discors concordia: oxymoron. — **fetibus:** *fetus* (IV) - vrucht, ook
 abstract ‘vruchtbaarheid’, ‘wasdom’. **435. solibus aetheriis:** ‘door
 zonnestralen’. — **altoque... aestu:** explicatief bij *solibus aetheriis*.

edidit innumeras species; partimque figuras
rettulit antiquas, partim nova monstra creavit.

Illa quidem nollet, sed te quoque, maxime Python,
tum genuit, populisque novis, incognita serpens,
terror eras: tantum spatii de monte tenebas. 440

Hunc deus arcitenens, numquam letalibus armis
ante nisi in dammis capreisque fugacibus usus,
mille gravem telis exhausta paene pharetra
perdidit effuso per vulnera nigra veneno.

Neve operis famam posset delere vetustas, 445
instituit sacros celebri certamine ludos,
Pythia de domitae serpentis nomine dictos.

Hic iuvenum quicumque manu pedibusve rotave
vicerat, aesculeae capiebat frondis honorem.
Nondum laurus erat, longoque decentia crine 450
tempora cingebat de qualibet arbore Phoebus.

Daphne

Primus amor Phoebi Daphne Peneia, quem non

439 incognita v.l. incognite || 445 posset v.l. possit || 447 de domitae v.l. perdomitae

recanduit: *recandescio* = *exardescio* (vs. 424).

437. antiquas: ‘bekend’. — **nova:** ‘onbekend’. **438. illa quidem nollet:** = *utrum tellus vellet an non*. **439. populisque novis:** de dat. hangt af van *terror*. **440. de monte:** = *montis*. **442. dammis:** *damma* - (dam)hert, gems, antilope. — **capreisque:** *caprea* - ree. **444. nigra:** enallage. **445. vetustas:** ‘tijdsverloop’. **447. Pythia:** = τὰ Πύθια. **448. manu pedibusve rotave:** bedoeld wordt op worstelen, hardlopen en wagenmennen. **449. aesculeae... frondis:** ‘van eikenloof’. **450. decantia:** = *decora*. **452. primus amor:** = *prima amata est*. — **Peneia:** *Peneius* adj. v. *Penēus* de belangrijkste rivier van Thessalië, die door het

fors ignara dedit, sed saeva Cupidinis ira,
 Delius hunc nuper, victa serpente superbus,
 455 viderat adducto flectentem cornua nervo
 ‘quid’ que ‘tibi, lascive puer, cum fortibus armis?’
 dixerat: ‘ista decent umeros gestamina nostros,
 qui dare certa ferae, dare vulnere possumus hosti,
 qui modo pestifero tot iugera ventre prementem
 460 stravimus innumeris tumidum Pythona sagittis.
 Tu face nescio quos esto contentus amores
 inritare tua, nec laudes adsere nostras!’
 Filius huic Veneris ‘figat tuus omnia, Phoebe,
 te meus arcus’ ait; ‘quantoque animalia cedunt
 465 cuncta deo, tanto minor est tua gloria nostra.’
 Dixit et eliso percussis aere pennis
 inpiger umbrosa Parnasi constitit arce
 eque sagittifera prompsit duo tela pharetra
 diversorum operum: fugat hoc, facit illud amorem;
 470 quod facit, auratum est et cuspidem acuta,
 quod fugat, obtusum est et habet sub harundine plumbum.
 Hoc deus in nympha Peneide fixit, at illo
 laesit Apollineas traiecta per ossa medullas;
 protinus alter amat, fugit altera nomen amantis
 475 silvarum latebris captivarumque ferarum

454 victa v.l. victo || 475 latebris v.l. tenebris

Tempedal stroomt.

457. gestamina: - last, vracht. **458. qui:** = *nos qui*. **460. innumeris...**
sagittis: abl. instr. bij *tumidum*, niet bij *stravimus*. **462. nec... adsere:**
 ‘eigen u niet toe!?’; *adsere* (*sibi*) - zich toe-eigenen, v. *serere serui* -
 rijgen, *serere sevi* - zaaien. **467. inpiger:** adverbiaal ‘zonder dralen’.
470. auratum... acuta: enallage. **471. harundine:** *harundo* - riet.

exuviis gaudens innuptaeque aemula Phoebes:
 Vitta coercebat positos sine lege capillos.
 Multi illam petiere, illa aversata petentes
 inpatiens expersque viri nemora avia lustrat
 nec, quid Hymen, quid Amor, quid sint conubia curat. 480
 Saepe pater dixit: 'Generum mihi, filia, debes,'
 saepe pater dixit: 'Debes mihi, nata, nepotes';
 illa velut crimen taedas exosa iugales
 pulchra verecundo suffuderat ora rubore
 inque patris blandis haerens cervice lacertis 485
 'Da mihi perpetua, genitor carissime,' dixit
 'virginitate frui! Dedit hoc pater ante Dianae.'
 Ille quidem obsequitur, sed te decor iste quod optas
 esse vetat, votoque tuo tua forma repugnat:
 Phoebus amat visaeque cupit conubia Daphnes, 490
 quodque cupit, sperat, suaque illum oracula fallunt,
 utque leves stipulae demptis adolentur aristis,
 ut facibus saepes ardent, quas forte viator
 vel nimis admovit vel iam sub luce reliquit,
 sic deus in flammis abiit, sic pectore toto 495

484 suffuderat v.l. suffunditur

476. exuviis: *exuviae* - buit(gemaakte wapenrusting), afgestroopte dieren-
 huid*. — **aemula:** *aemulus* - navolgend, wedijverend met. **477. posi-**
tos: = *pendentes*. **478. petentes:** obj. v. *aversata*. **479. viri:** obj. v.
inpatiens expersque. — **lustrat:** 'doorkruist'. **489. votoque tuo tua**
forma repugnat: herhaalt met andere woorden wat al gezegd is.
491. sperat: sterker dan 'hoopt'. **492. leves stipulae:** de halmen zijn
levis doordat de aren zijn verwijderd. — **adolentur:** 'worden verbrand',
 'branden'. **493. saepes:** - heggen. — **ardent:** = *adolentur*. **494. sub**
lucē: 'tegen de dageraad'.

uritur et sterilem sperando nutrit amorem.
 Spectat inornatos collo pendere capillos
 et ‘quid, si comantur?’ ait. Videt igne micantes
 sideribus similes oculos, videt oscula, quae non
 500 est vidisse satis; laudat digitosque manusque
 brachiaque et nudos media plus parte lacertos;
 si qua latent, meliora putat. Fugit ocior aura
 illa levi neque ad haec revocantis verba resistit:
 ‘Nympha, precor, Penei, mane! Non insequor hostis;
 505 nympha, mane! Sic agna lupum, sic cerva leonem,
 sic aquilam penna fugiunt trepidante columbae,
 hostes quaeque suos: amor est mihi causa sequendi!
 Me miserum! Ne prona cadas indignave laedi
 crura notent sentes et sim tibi causa doloris!
 510 Aspera, qua properas, loca sunt: moderatius, oro,
 curre fugamque inhibe, moderatius insequar ipse.
 Cui placeas, inquire tamen: non incola montis,
 non ego sum pastor, non hic armenta gregesque
 horridus observo. Nescis, temeraria, nescis,
 515 quem fugias, ideoque fugis: mihi Delphica tellus
 et Claros et Tenedos Patareaque regia servit;
 Iuppiter est genitor; per me, quod eritque fuitque
 estque, patet; per me concordant carmina nervis.
 Certa quidem nostra est, nostra tamen una sagitta
 520 certior, in vacuo quae vulnera pectore fecit!
 Inventum medicina meum est, opiferque per orbem

496. uritur: = *ardet*. **502. aura... levi:** abl. comp. **504. Penei:** voc. v. *Peneis* (= *Peneia*). **509. sentes:** - doornstruiken; sing. *sentis* wordt weinig gebruikt. **514. horridus:** ‘ongewassen, ongeschoren, ongekamd’.

dicor, et herbarum subiecta potentia nobis.

Ei mihi, quod nullis amor est sanabilis herbis
nec prosunt domino, quae prosunt omnibus, artes!’

Plura locuturum timido Peneia cursu 525
fugit cumque ipso verba imperfecta reliquit,
tum quoque visa decens; nudabant corpora venti,
obviaque adversas vibrabant flamina vestes,
et levis impulsos retro dabat aura capillos,
auctaque forma fuga est. Sed enim non sustinet ultra 530
perdere blanditias iuvenis deus, utque monebat
ipse Amor, admissio sequitur vestigia passu.
Ut canis in vacuo leporem cum Gallicus arvo
vidit, et hic praedam pedibus petit, ille salutem;
alter inhaesuro similis iam iamque tenere 535
sperat et extento stringit vestigia rostro,
alter in ambiguo est, an sit comprehensus, et ipsis
morsibus eripitur tangentiaque ora relinquit:

531 monebat v.l. movebat

527. decens: = *decora, pulchra*. **528. vibrabant:** ‘lieten fladderen’.
529. impulsos... dabat... capillos: = *impulsit capillos*. **530. non sustinet
ultra:** ‘niet langer brengt hij het op’. **531. perdere blanditias:** lett.
‘liefkozigen verkwisten’, vert. ‘het laten bij (nutteloze) liefkozigen’.
iuvenis deus: ‘jonge god’. **532. admissio... passu:** ‘in versnelde pas’.
534. pedibus: d.w.z. door hard te rennen. — **ille salutem:** vul aan
pedibus petit. **535. inhaesuro:** ‘aan iemand die op het punt staat in te
halen en zich vast te klampen’. — **tenere:** ‘beet hebben’. **536. ex-
tento... rostro:** ‘met gespitste snuit’. — **stringit vestigia:** ‘zit op de
hielen’; vlg. vPr. en Bömer staat *vestigia* hier voor poten (van de achter-
volgde haas). — **stringit:** ‘schampt’, ‘strijkt langs’. **537. ipsis morsi-
bus eripitur:** ‘weet nog net aan de beet te ontkomen’. **538. tangenti-
aque ora relinquit:** herhaalt met andere woorden *ipsis morsibus eripitur*.

Sic deus et virgo est hic spe celer, illa timore.

540 Qui tamen insequitur pennis adiutus Amoris,
ocior est requiemque negat tergoque fugacis
inminet et crinem sparsum cervicibus adflat.

Viribus absumptis expalluit illa citaeque
victa labore fugae spectans Peneidas undas

545 ‘fer, pater,’ inquit ‘opem! Si flumina numen habetis,
[victa labore fugae: «Tellus» ait «hisce vel istam,]

547 qua nimium placui, mutando perde figuram!’

Vix prece finita torpor gravis occupat artus,
mollia cinguntur tenui praecordia libro,

550 in frondem crines, in ramos bracchia crescunt,
pes modo tam velox pigris radicibus haeret,
ora cacumen habet: remanet nitor unus in illa.

Hanc quoque Phoebus amat positaque in stipite dextra
sentit adhuc trepidare novo sub cortice pectus

555 complexusque suis ramos ut membra lacertis
oscula dat ligno; refugit tamen oscula lignum.

Cui deus ‘at, quoniam coniunx mea non potes esse,
arbor eris certe’ dixit ‘mea! Semper habebunt
te coma, te citharae, te nostrae, laure, pharetrae;

560 tu ducibus Latiis aderis, cum laeta Triumphum

552 habet v.l. habent

541. requiemque negat: ‘hij kent geen rust’, dus niet ‘gunt zijn slachtoffer geen rust’. **542. adflat:** met zijn hete adem. **551. pigris:** *piger* - lui; hier ‘taai’, ‘traag’, ‘onbeweeglijk’. **552. ora cacumen habet:** ‘haar hoofd wordt kruin’ (Scheltema). — **remanet... unus:** ‘het enige wat blijft’. — **nitor:** - glans, stralende schoonheid. **553. in stipite:** ‘op de stam’. **554. trepidare... pectus:** ‘het hart... beven / (angstig) kloppen’. **556. refugit:** ‘probeert te ontwijken’. **559. coma:** = *coma nostra*.

vox canet et visent longas Capitolia pompas;
 postibus Augustis eadem fidissima custos
 ante fores stabis mediamque tuebere quercum,
 utque meum intonsis caput est iuvenale capillis,
 tu quoque perpetuos semper gere frondis honores! 565
 Finierat Paean: factis modo laurea ramis
 adnuit utque caput visa est agitasse cacumen.

Io

Est nemus Haemoniae, praerupta quod undique claudit
 silva: vocant Tempe; per quae Peneus ab imo
 effusus Pindo spumosis volvitur undis 570
 deiectuque gravi tenues agitantia fumos
 nubila conducit summisque adspergine silvis
 inpluit et sonitu plus quam vicina fatigat:
 Haec domus, haec sedes, haec sunt penetralia magni
 amnis, in his residens facto de cautibus antro, 575
 undis iura dabat nymphisque colentibus undas.
 Conveniunt illuc popularia flumina primum,

561. visent... *Capitolia*: ‘het Capitool zal aanschouwen’; *visēre* is intensivum van *vidēre*. **562. postibus Augustis**: ‘aan de deurposten van het keizerlijk paleis’. **563. mediamque... quercum**: aan de paleisdeur (dus midden tussen de deurposten) hing een krans van eikenloof. **tuebere**: ‘zult gij behoeden / koesteren’. **565. perpetuos... frondis honores**: = *frondis semper virentis honores*. **568. nemus**: ‘een bosrijk dal’. **569. silva**: ‘beboste hellingen’. **571. deiectuque gravi**: ‘in een ontstuiimige waterval’. — **tenues... fumos**: object van *agitantia*. **572. nubila conducit**: ‘vormt nevels’. — **summisque... silvis**: ‘boomtoppen’. **573. plus quam vicina**: ‘de wijde omtrek’. **574. magni amnis**: sc. de Peneüs. **577. popularia flumina**: = *plebs fluminum*; ‘de inheemse rivieren’ (Bömer).

nescia, gratentur consolenturne parentem,
 populifer Sperchios et inrequietus Enipeus
 580 Apidanosque senex lenisque Amphrysos et Aeas,
 moxque amnes alii, qui, qua tulit inpetus illos,
 in mare deducunt fessas erroribus undas.
 Inachus unus abest imoque reconditus antro
 fletibus auget aquas natamque miserrimus Io
 585 luget ut amissam: nescit, vitane fruatur
 an sit apud manes; sed quam non invenit usquam,
 esse putat nusquam atque animo peiora veretur.
 Viderat a patrio redeuntem Iuppiter illam
 flumine et ‘o virgo Iove digna tuoque beatum
 590 nescio quem factura toro, pete’ dixerat ‘umbras
 altorum nemorum’ (et nemorum monstraverat umbras)
 ‘dum calet, et medio sol est altissimus orbe!
 Quodsi sola times latebras intrare ferarum,
 praeside tuta deo nemorum secreta subibis,
 595 nec de plebe deo, sed qui caelestia magna
 sceptrā manu teneo, sed qui vaga fulmina mitto.
 Ne fuge me!’ fugiebat enim. Iam pascua Lerna
 consitaque arboribus Lyrcea reliquerat arva,
 cum deus inducta latas caligine terras
 600 occuluit tenuitque fugam rapuitque pudorem.
 Interea medios Iuno despexit in Argos

580 Apidanosque v.l. Eridanusque || 599 inducta latas v.l. inductas lata
 601 Argos v.l. agros

578. gratentur consolenturne parentem: zijn dochter Daphne was immers door Apollo veranderd in een laurierboom. **584. fletibus:** = *lacrimis*. **596. vaga:** ‘in alle richtingen’. **601. Argos:** deze vorm kan

et noctis faciem nebulas fecisse volucres
 sub nitido mirata die, non fluminis illas
 esse, nec umentis sensit tellure remitti;
 atque suos coniunx ubi sit circumspicit, ut quae 605
 deprensi totiens iam nosset furta mariti.
 Quem postquam caelo non repperit, ‘aut ego fallor
 aut ego laedor’ ait delapsaque ab aethere summo
 constitit in terris nebulasque recedere iussit.
 Coniugis adventum praesenserat inque nitentem 610
 Inachidos vultus mutaverat ille iuvenecam;
 bos quoque formosa est. Speciem Saturnia vaccae,
 quamquam invita, probat nec non, et cuius et unde
 quove sit armento, veri quasi nescia quaerit.
 Iuppiter e terra genitam mentitur ut auctor 615
 desinat inquiri. Petit hanc Saturnia munus.
 Quid faciat? Crudele suos addicere amores,
 non dare suspectum est. Pudor est, qui suadeat illinc,
 hinc dissuadet Amor. Victus Pudor esset Amore,
 sed leve si munus sociae generisque torique 620
 vacca negaretur, poterat non vacca videri!
 Paelice donata non protinus exiit omnem

zonder betekenisonderscheid gebruikt worden als acc. plur. masc. en als
 nom. /acc. sing. neutr.

602. nebulas... volucres: ‘gevleugelde wolken’, ‘een zwerm wolken’.
603. sub nitido... die: ‘bij klaarlichte dag’. **604. nec... remitti:** ‘en dat
 ze niet opstegen / voortkwamen uit’. **606. deprensi... mariti:** ‘van haar
 betrachte echtgenoot’. **610. praesenserat:** subj. Jupiter. **612. bos quo-**
que: ‘ook als rund’. **615. ut auctor desinat inquiri:** ‘om te voorkomen
 dat hij die de oorzaak is nog langer zal worden ondervraagd’. **617. addi-**
cere: ‘in eigendom toewijzen / afstaan’. **620. leve si munus:** bij *vacca*
 of eigenlijk omgekeerd; ‘een klein geschenk’. — **sociae:** dativus.

diva metum timuitque Iovem et fuit anxia furti,
donec Arestoridae servandam tradidit Argo.

Argus

- 625 Centum luminibus cinctum caput Argus habebat
inde suis vicibus capiebant bina quietem,
cetera servabant atque in statione manebant.
Constiterat quocumque modo, spectabat ad Io,
ante oculos Io, quamvis aversus, habebat.
- 630 Luce sinit pasci; cum sol tellure sub alta est,
claudit et indigno circumdat vincula collo.
Frondebis arboreis et amara pascitur herba.
Proque toro terrae non semper gramen habenti
incubat infelix limosaque flumina potat.
- 635 Illa etiam supplex Argo cum bracchia vellet
tendere, non habuit, quae bracchia tenderet Argo,
conatoque queri mugitus edidit ore
pertimuitque sonos propriaque exterrita voce est.
Venit et ad ripas, ubi ludere saepe solebat,
- 640 Inachidas: rictus novaque ut conspexit in unda
cornua, pertimuit seque exsternata refugit.
Naides ignorant, ignorat et Inachus ipse,
quae sit; at illa patrem sequitur sequiturque sorores
et patitur tangi seque admirantibus offert.
- 645 Decerptas senior porrexerat Inachus herbas:
Illa manus lambit patriisque dat oscula palmis
nec retinet lacrimas et, si modo verba sequantur,

622. **paelice:** paelex - bijzit, minnares.

623. **furti:** gen. obj. afh v. *anxia*.

oret opem nomenque suum casusque loquatur;
 littera pro verbis, quam pes in pulvere duxit,
 corporis indicium mutati triste peregit. 650
 ‘Me miserum!’ exclamat pater Inachus inque gementis
 cornibus et nivea pendens cervice iuvencae
 ‘me miserum!’ ingeminat; ‘tune es quaesita per omnes
 nata mihi terras? Tu non inventa reperta
 luctus eras levior! Retices nec mutua nostris 655
 dicta refers, alto tantum suspiria ducis
 pectore, quodque unum potes, ad mea verba remugis!
 At tibi ego ignarus thalamos taedasque parabam,
 spesque fuit generi mihi prima, secunda nepotum.
 De grege nunc tibi vir, nunc de grege natus habendus. 660
 Nec finire licet tantos mihi morte dolores;
 sed nocet esse deum, praeclusaque ianua leti
 aeternum nostros luctus extendit in aevum.’
 Talia maerenti stellatus submovet Argus
 ereptamque patri diversa in pascua natam 665
 abstrahit. Ipse procul montis sublime cacumen
 occupat, unde sedens partes speculatur in omnes.
 Nec superum rector mala tanta Phoronidos ultra
 ferre potest natumque vocat, quem lucida partu
 Pleias enixa est letoque det imperat Argum. 670
 Parva mora est alas pedibus virgamque potenti

650. peregit: ‘volbracht’, ‘bracht onder woorden’. **654. inventa reperta:** *inventā repertā*; abl. comp. **656. alto:** enallage. **658. thalamos taedasque:** d.w.z. de bruiloft. **664. stellatus:** ‘met fonkelende ogen bezaaid’. **665. diversa in pascua:** ‘naar een afgelegen weiland’. **668. Phoronidos:** gen. v. Phoronis - Io. **669. natumque:** Mercurius **partu... enixa est:** ‘heeft gebaard’. **670. letoque det:** = *necet*.

somniferam sumpsisse manu tegumenque capillis.
 Haec ubi disposuit, patria Iove natus ab arce
 desilit in terras; illic tegumenque removit
 675 et posuit pennas, tantummodo virga retenta est:
 Hac agit, ut pastor, per devia rura capellas
 dum venit abductas, et structis cantat avenis.
 Voce nova captus custos Iunonius ‘at tu,
 quisquis es, hoc poteras mecum considerare saxo’
 680 Argus ait; ‘neque enim pecori fecundior ullo
 herba loco est, aptamque vides pastoribus umbram.’
 Sedit Atlantiades et euntem multa loquendo
 detinuit sermone diem iunctisque canendo
 vincere harundinibus servantia lumina temptat.
 685 Ille tamen pugnat molles evincere somnos
 et, quamvis sopor est oculorum parte receptus,
 parte tamen vigilat. Quaerit quoque (namque reperta
 fistula nuper erat), qua sit ratione reperta.

Syrinx

Tum deus ‘Arcadiae gelidis sub montibus’ inquit
 690 ‘inter hamadryadas celeberrima Nonacrinas
 naias una fuit: nymphae Syringae vocabant.
 Non semel et satyros eluserat illa sequentes

679 poteras v.l. poteris

672. tegumenque: ‘hoed’. **676. hac:** = *hac virgā* abl. instr. bij *abductas*.
capellas: *capella* - geitje. **677. structis... avenis:** = *avenorum iuncto-
 rum fistula* ‘met een fluit vervaardigd van riethalmen’. — **structis:** =
iunctis. **682. sedit:** hier van *sido* - gaan zitten; de perfectumvormen van
sedeo en *sido* zijn identiek. — **euntem: euntem... detinuit... diem:** ‘hij
 liet de dag eindeloos duren’. **688. qua... ratione:** = *quo modo*. **692. elu-**

et quoscumque deos umbrosaue silva feraxque
 rus habet. Ortygiam studiis ipsaque colebat
 virginitate deam; ritu quoque cincta Dianae 695
 falleret et posset credi Latonia, si non
 corneus huic arcus, si non foret aureus illi;
 sic quoque fallebat. Redeuntem colle Lycae
 Pan videt hanc pinuque caput praecinctus acuta
 talia verba refert' – Restabat verba referre 700
 et precibus spretis fugisse per avia nympham,
 donec harenosi placidum Ladonis ad amnem
 venerit; hic illam cursum inpedientibus undis
 ut se mutarent liquidas orasse sorores,
 Panaque cum prensam sibi iam Syringa putaret, 705
 corpore pro nymphe calamos tenuisse palustres,
 dumque ibi suspirat, motos in harundine ventos
 effecisse sonum tenuem similemque querenti.
 Arte nova vocisque deum dulcedine captum
 'hoc mihi colloquium tecum' dixisse 'manebit,' 710
 Atque ita disparibus calamis compagine cerae
 inter se iunctis nomen tenuisse puellae.

710 colloquium v.l. concilium; consilium

serat: = *fefellerat*.

694. Ortygiam... deam: de Ortygische godin, Diana / Artemis. **695. ritu... cincta Dianae:** = *Dianae ornamento vestita*. **696. Latonia:** = Diana. **699. pinuque... acuta:** met scherpe dennetakken. **700. talia verba refert:** Pan wil iets gaan zeggen, maar hier eindigt het verhaal van Mercurius, zoals dadelijk blijkt omdat Argus eindelijk in slaap is gevallen. Het vervolg van Mercurius' verhaal krijgen we van de dichter zelf te horen. **704. liquidas... sorores:** 'haar zusters, de waternymfen'. **705. prensam sibi:** = *a se prensam esse*. **712. tenuisse:** logisch subject

- Talia dicturus vidit Cyllenius omnes
 subcubuisse oculos adopertaque lumina somno;
 715 *supprimit extemplo vocem firmatque soporem*
languida permulcens medicata lumina virga.
 Nec mora, falcato nutantem vulnerat ense
 qua collo est confine caput, saxoque cruentum
 deicit et maculat praeruptam sanguine rupem.
 720 Arge, iaces, quodque in tot lumina lumen habebas,
 exstinctum est, centumque oculos nox occupat una.
 Excipit hos volucrisque suae Saturnia pennis
 collocat et gemmis caudam stellantibus inplet.
 Protinus exarsit nec tempora distulit irae
 725 *horriferamque oculis animoque obiecit Erinyn*
paelicis Argolicae stimulosque in pectore caecos
condidit et profugam per totum exercuit orbem.
 Ultimus inmenso restabas, Nile, labori;
 quem simulac tetigit, positisque in margine ripae
 730 *procubuit genibus resupinoque ardua collo,*
quos potuit solos, tollens ad sidera vultus
et gemitu et lacrimis et luctisono mugitu
cum Iove visa queri finemque orare malorum.
 Coniugis ille suae complexus colla lacertis,
 735 *finiat ut poenas tandem, rogat ‘in’ que ‘futurum*

is *deum* in 709.

715. *supprimit... vocem:* = *conticuit*. **716. *medicata... virga:*** ‘met zijn toverstaf’. **726. *stimulosque... caecos:*** ‘onzichtbare prikkels’. **727. *exercuit:*** ‘hield in beweging’, ‘joeg voort’. **728. *restabas:*** = *supereras*. **730. *ardua:*** ‘met geheven hoofd’. **731. *solos... vultus:*** in menselijke gestalte zou zij ook haar handen ten hemel geheven hebben. **733. *cum Iove... queri:*** ‘bij Jupiter (haar) beklag doen’. **735. *in... futurum:*** ‘in

pone metus' inquit: 'numquam tibi causa doloris
haec erit,' et Stygias iubet hoc audire paludes.

Ut lenita dea est, vultus capit illa priores
fitque, quod ante fuit: fugiunt e corpore saetae,
cornua decrescunt, fit luminis artior orbis, 740
contrahitur rictus, redeunt umerique manusque,
ungulaque in quinos dilapsa absumitur ungues:
De bove nil superest formae nisi candor in illa.
Officioque pedum nymphe contenta duorum
erigitur metuitque loqui, ne more iuvencae 745
mugiat, et timide verba intermissa retemptat.

Epaphus et Phaëthon

Nunc dea linigera colitur celeberrima turba.
Huic Epaphus magni genitus de semine tandem
creditur esse Iovis perque urbes iuncta parenti
templa tenet. Fuit huic animis aequalis et annis 750
Sole satus Phaëthon, quem quondam magna loquentem
nec sibi cedentem Phoeboque parente superbum
non tulit Inachides 'matri' que ait 'omnia demens

het vervolg', 'in de toekomst'.

738. illa: Io. **739. saetae:** - borstels, ruw haar. **740. luminis:** = *oculorum*. **746. verba intermissa:** twee interpretaties 'losse woordjes' (BP) of 'long-abandoned speech' (Miller); het laatste heeft de voorkeur. **747. dea:** weer in menselijke gedaante wordt Io vereerd als de godin Isis. **linigera:** 'in linnen gewaden'. — **celeberrima:** 'door talloos velen vereerd'. **748. Epaphus:** het kalf dat Jupiter bij Io heeft verwekt en over wie we eerder niets vernomen hebben. — **magni:** bij *Iovis*. **749. parenti:** = *matri*. **751. Sole satus:** = *Solis filius*; *Sol* = Phoebus. — **magna loquentem:** 'opscheppend', 'snoevend'. **752. nec sibi cedentem:** 'toen deze niet voor hem wilde onderdoen'. **753. Inachides:** = Epaphus.

- credis et es tumidus genitoris imagine falsi.’
 755 Erubuit Phaethon iramque pudore repressit
 et tulit ad Clymenen Epaphi convicia matrem
 ‘quo’ que ‘magis doleas, genetrix’ ait, ‘ille ego liber,
 ille ferox tacui! Pudet haec opprobria nobis
 et dici potuisse et non potuisse refelli.
 760 At tu, si modo sum caelesti stirpe creatus,
 ede notam tanti generis meque adsere caelo!’
 Dixit et implicuit materno bracchia collo
 perque suum Meropisque caput taedasque sororum
 traderet oravit veri sibi signa parentis.
 765 Ambiguum Clymene precibus Phaethontis an ira
 mota magis dicti sibi criminis utraque caelo
 bracchia porrexit spectansque ad lumina solis
 ‘per iubar hoc’ inquit ‘radiis insigne coruscis,
 nate, tibi iuro, quod nos auditque videtque,
 770 hoc te, quem spectas, hoc te, qui temperat orbem,
 Sole satum; si ficta loquor, neget ipse videndum
 se mihi, sitque oculis lux ista novissima nostris!
 Nec longus labor est patrios tibi nosse penates.
 Unde oritur, domus est terrae contermina nostrae:

756. convicia: - scheldwoorden, verwijten. **757. ille ego liber:** = *quamquam ego tam liber sim*. — **liber:** ‘vrijmoedig’. **758. opprobria:** = *convicia*. **759. refelli:** *refellere* - weerleggen, tegenspreken. **760. caelesti stirpe:** = *caelesti de semine*. **761. notam:** ‘zichtbaar bewijs’. **adsere:** *adserere* - indelen bij, toekennen. **763. Meropisque:** met Merops, een Ethiopische vorst, is Clymene in de echt verbonden na de geboorte van Phaëthon en de Heliaden. — **sorum:** de Heliaden, dochters van Sol en zusters van Phaëthon. **765. ambiguum... an:** = *ambiguum est utrum... an*. **768. iubar:** - stralend licht. **770. temperat:** *temperare* - in de juiste mengverhouding brengen, verwarmen*. **774. ter-**

Si modo fert animus, gradere et scitabere ab ipso!'⁷⁷⁵
Emicat extemplo laetus post talia matris
dicta suae Phaethon et concipit aethera mente
Aethiopasque suos positosque sub ignibus Indos
sidereis transit patriosque adit inpiger ortus.

rae... nostrae: Ethiopië.

775. gradere et scitabere: *gradior* - gaan; *scitor* - vragen, informeren.

777. concipit aethera mente: 'probeert zich een voorstelling te maken van de aether / de hemel'. **778. Aethiopasque:** acc. plur. masc.
